



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

48 Coadiutoriae, an sint publicandae

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

44 quandoquidem † ex omnibus Prioratibus, Castellaniæ, Empostæ, Bajulivariibus, Commendis, & administrationibus, quæ per cessionem, & resignationem aliis conferuntur, fructus, & redditus duorum annorum integrorum, primi, & secundi anni ab arario Religionis sunt excipiendi, ultra quod provisi de commendis per resignationem omnia debita, quibus resignantes tempore resignationum, & cessionum obnoxii erant, persolvere tenentur, ut in *instabil. c. præterea & c. in super de com. arar.* etiam si Apostolica auctoritate fuerint provisi; ut in motu proprio Pij IV. & alio Pij V. non impressis, sub Sixto V. in forma, rationi congruit, expedito, in libro ejusdem Religionis registratis, & in motu proprio in Bull. Greg. XIII. incipien. *dudum sel. rec. Pius Papa V. c. 78.*

45 Sunc etiam † omnes commendæ gravatæ annuis pensionibus perpetuis, communi arario Religionis persolvi debitis, quæ impositiones, & responsiones vocantur, ut in *instab. 1. de com. arar.* quas annis singulis in capitulo Provinciali, vel in Felto S. Joannis Baptistæ quocunque casu fortuito, & inopinato non obstante, Receptoribus, & Procuratoribus Religionis, Priores, Castellanus empostæ, Bajulivi, Commendatarii, & fratres tam exempti, quam non exempti persolvere tenentur, *cap. statuimus, il. 1. & c. quodd, si aliqui, eo. tit.* à quibus resignationes clandestinæ, aut simulatæ fieri non possunt, dispositio † enim quantumcunque generalis, semper debet interpretari, & restringi, ut non comprehendat casum absurdum, per quem quis indebite penam incurrat, *Bart. in l. Cesar, n. 1. ff. de publ.*

Paris, *cons. 59. num. 23. & 24. vol. 3. & Olach. decis. 59. num. 8.*

47 Priores, † Bajulivi, & Commendatarii intra limites suarum commendarum sunt veri Ordinarii, ut in Bull. Pij IV. c. 14. p. 172. *circasim. et. instabil. c. prioru c. prior. c. impunitas, de prior. & sunt excepti à jurisdictione quorumcunque Ordinarii, habentque collationem beneficiorum suorum, Prioratum, Bajulivarum, & commendarum extra conventum, etiam per resignationem vacantium, ut in c. priores in suis, & c. tamenst, de comm.* Ideo in istis resignationibus per inferiores collatores extra conventum admissis collationibus subsequitis, & aliis Apostolica auctoritate admissis procedit dicta constitutio, quod tales resignationes debeant publicari, quia, cum non possit dari ratio diversitatis ab aliis Ordinariis, & expresse comprehendatur beneficia, & commendæ militiarum, sunt publicandæ ad mentem ipsius constitutionis, alias ob non publicationem vacant ex supra allegatis.

48 Queritur de coadjutoriis, † an subiaceant constitutioni Greg. XIII. de publicandis resignationibus: dubium facit consensus coadjuvati, qui requiritur in coadjutoriatu concessione, & habet vim resignationis, ut per Put. *decis. 158. n. 2. l. 2. & coadjutor, adveniente morte coadjuti, remanet subrogatus sine alia collatione, aut provisione, perinde, ac si esset resignatarus cum reservatione omnium fructuum, quo decedere fructus cedunt titulo, & cum resignationibus cum fructuum reservatione sunt publicandæ, ut in dicta constit. s. ceterum modus, pari ratione videntur, publicandæ coadjutoriarum, quia † ubi est eadem ratio, idem jus esse debet, l. *quid ff. ad l. aq. & Craver. consi.**